ἴγκος,] Virgil.

— ferro præfixum robur acuto —  
— diu librans jacit. — En. X. 479.

Ver. 522. Εὐπιθεῖα,] Al. Εὐπιθην. Quo modo et Εὐπιθεῖα pronunciatatur. Al. Εὐπιθην.

Ver. 523. ἔρυτο,] Barnesius inter varias lectiones, ἔρυτο. Vide ad Il. v. 555. et α'. 1.

Ver. 528. Ἀθηναῖν,] 'Η ἡρωϊκὴ δηλαδὴ φόνησι. Eustath. Et in commentario ad ver. 544. infra; Πειθεῖται Ἀθηνᾶ, τῇ παρ' αὐτῷ φρονήσῃ. Vide ad Il. α'. 194. et β'. 167.

Ver. 529. 530. "Hūσεν φωνῆ, — "Ισχεσθε πτολέμε, Ιδακήσιοι,] Virgil.

Significatque manu, et magno simul incipit ore;  
Parcite jam Rutuli, et vos tela inhibete, Latini.  
En. XII. 692.

Ver. 531. ἀναιμωτεί γε] Apud Eustathium in commentario, ἀναιμωτέ γε. Clark. De hac scriptura supra dictum ad Il. ε'. 563. En.

Ibid. διακρινθεῖτε] Τὸ δὲ "διακρινθεῖτε" συγχέονται ἀπὸ τοῦ διακρινθεῖτος: δ, διακρινθεῖται τὸ τρίτον πρόσωπον. Eustath. Vide supra ad φ'. 195. Al. διακρινθῆτε. Quod autem inter varias lectiones habet Henricus Stephanus διακρεῖσθαι, id vero ferri non potest. Vide ad Il. ς'. 141.

Ver. 533. ἔπτατο] Al. πίπτετο.  
Ibid. τεύχηα] Pronunciatatur τεύχη· uti et scribi postea cœptum est.

Σμερδαλέον δ' ἐβόησε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεὺς,  
Οἴμησεν δὲ ἀλεῖς, ὡς τὸν αἰετὸς ύψιπετήεις.

Καὶ τότε δὴ Κρονίδης ἀφίει φολόεντα κεραυνὸν,  
Κάδδ' ἔωεσεν πρόσθεν Γλαυκώπιδος ὄβριμοπάτρης.

540 Καὶ τότε Ὀδυσσῆα προσέφη γλαυκῶπις Ἀθήνη·

Διογενὲς Λαερτιάδη, πολυμῆχαν' Ὀδυσσεῦ,  
Ἴσχεο, παῦε δὲ νεῖκος ὄμοις πολέμοιο,  
Μῆπως τοι Κρονίδης κεχολώσεται εὐρύοπα Ζεύς.  
“Ως φάτ’ Ἀθηναίη· ὃ δὲ ἐπείθετο, χαῖρε δὲ θυμῷ.

545 “Ορκια δ’ αὖ πατόπιες μετ’ ἀμφοτέροισιν ἐπηκε

Παλλὰς Ἀθηναίη, πάρη Δίος Αἰγιόχοιο,  
Μέντορι εἰδομένη, ἡμὲν δέρμας, ἡδὲ καὶ αὐδῆν.

Terribiliter autem clamavit multa-passus nobilis Ulysses;  
Impetumque dedit concitus, sicut aquila altivolans.  
Tum vero demum Saturnius misit ardens fulmen;  
Decidit autem id ante Cæsiam-oculis forti-patre-natam.

540 Et tunc Ulyssem allocuta est cæsia-oculis Minerva;

“ Generose Laërtiade, solers Ulysses,  
“ Contine-te, compesceque contentionem æque-gravis-belli;  
“ Nequa tibi Saturnius irascatur late-sonans Jupiter.”

Sic dixit Minerva : ille vero parebat, gaudebatque animo.

545 Fœdera autem demum in-futurum inter utrosque fecit  
Pallas Minerva, filia Jovis Ἄεγιοχι,  
Mentori assimilata, tum corpore, tum etiam voce.

537 Οἴμησεν] F. R. Ibid. ἀλεῖς] A. 2. 3. L. vide et Il. χ'. 308. 542  
πτολίμοιο] F. A. L.

Ver. 537. Οἴμησεν δὲ ἀλεῖς, ὡς τὸν αἰετὸς] Vide ad Il. χ'. 308. Al. Οἴμησεν δὲ.

Ver. 538. Καὶ τότε δὴ Κρονίδης ἀφίει] Al. Αὐτίκα δὲ Κρονίδης ἦκε. Vide supra ad ς'. 113.

Ibid. Φολόεντα κεραυνὸν,] Καυσικὸν ἀσβόλην ποιῆσται· φόλον γὰρ τὴν ἀσβόλην λέγεις τοιῶτον δὲ ἀφίσσουν ὁ Ζεὺς πῦρ ἐπ τὴν ἥραν. Schol. Τῶν δὲ κεραυνῶν, οἱ μὲν, καταβάταις οἱ δὲ, φολόεντες, οἱ δὲ, ἀργῆτες καλληνται· ὡς Ὁμηρος ἀνόμασεν. Scholiastes ad Aristophanis Equites, a Barnesio cī-tatus.

Ver. 539. ἔωεσεν πρόσθεν] Eustath. habet ἔπιστε πρόσθεν. recte. Ern.

Ver. 540. Καὶ τότε] Al. Δὴ τότε.

Ver. 542. ὄμοις πτολίμοιο,] Vide supra ad ς'. 236.

Ver. 544. ὃ δὲ ἐπείθετο,] Vide supra ad ver. 528.

Ver. 546. 547. Παλλὰς Ἀθηναίη, — Μέντορι εἰδομένη,] "Εοικε γὰρ ὃ Ἰθακῆσιος Μέντωρ περῶν μυσολαβῆσαι τοῖς ὅρκοις, καὶ σωῖςσαι τὰ ισημερινά. Eustath.



BATPAXOMYOMAXIA:

SIVE

RANARUM ET MURIUM PUGNA;

AD FIDEM VETERUM LIBRORUM

RECENSUIT

VAR. LECT. ET NOTAS

ADDIDIT

JO. AUGUSTUS ERNESTI.



## PRÆFATI O.

---

DE auctore hujus Carminis aut indele dicere, post tot in utramque partem disputationes, nihil, ut opinor, attinet. De textu ipso, qua est Criticæ subjectus, pauca monere, non alienum videatur, quæ ab aliis non satis diligenter notata videantur. *Demetrii Chalcondylæ* querela est, textum hujus Carminis valde corruptum esse, non modo in singulis verbis, sed etiam in serie ipsa orationis; quod jam a *Barnesio* notatum videmus. Id quale sit diligentius explicandum est. Res autem sic habet. Libri Manuscripti non consentiunt in numero versuum, saepe nec in ordine. Liber Manuscriptus Bibliothecæ nostræ Paullinæ plures habet versus, quam sunt in editis exemplis, et interdum alio ordine, ut varietas Lectionis indicabit. Habeo exemplum Batrachomyomachiæ (*Erfurti, ni fallor*) editum an. 1515. a *Thilonino Cunrado*, poëta laureato, qui ante Erfurti egerat, et ibi literas græcas primum didicerat, post in Italia earum præceptores *Bapt. Pium, Iac. Cruceum, Egnatium, et Philippum Beroaldum* habuerat, tum autem in nova Academia Vitembergica vivebat, vocatu, ut opinor, Principis. Is ait, sibi cum a quibusdam suis et Musarum amicis oblata esset Batrachomyomachia, ut ederet, opinor, et interpretaretur, fragmenta se potius quam integrum Carmen agnoscisse. Nam animadvertisse, multa deesse, quæ olim legerit in Codice Homeri scripto apud *Hieron. Balbum*, poëtam et oratorem in urbe Praga, quamquam non nimis emaculato. Itaque se editurum ex oblato sibi libro non fuisse, nisi studiosi græcarum literarum instituisseint, ut ederet. Istud igitur exemplum, rudibus admodum literarum figuris et vitiosissime expressum, adjuncta versione poëtica non contemnenda, versus modo ccxxiv habet; estque in primis in loco de Concilio Deorum valde mutillum. In numero versuum consentiunt editiones antiquæ, nec admodum dissentient in verbis: ut facile appareat e Florentina

omnes fluxisse. At Lipsiæ an. 1566 quaternis edita est Batrachomyomachia a *Leonhardo Lycio*, Collegii principalis minoris Sodale, e *Vægelinei* officina, cum versione prosaica ipsius, ut opinor, et altera poëtica *Simonis Lemnii*. Ejus editionis exempla habent versus cccx. cum cætera habeant ccxciv. Et tituli ipsius professio est, multis in locis auctius et castigatius hoc Carmen factum: et in epistola, qua hoc opusculum dedicat *Badhornii*, Consularis, filii, discipulis suis, sibi occasionem et incitamentum edendi, ait, fuisse librum perquam vetustum, in quo plura essent græcorum poëtarum Carmina: quod eo cum editis Batrachomyomachiae exemplis comparando intellexerit, ex eo libro Carmen hoc et plenius et emendatius fieri posse. Noster autem ille magnus *Camerarius* in brevi Carmine græco, quod est de laudibus *Lycii* et editionis hujus, jubet lectores gratias agere *Lycio*,

---

ὅς νῦν ἐξεπόνησεν  
‘Ως πολὺ πάντ’ αἴρεται οὐ βέλτιον η πρότερον.

Ac profecto in hoc contextu adeo melius omnia cohærent, ut facile appareat, librum, unde ductus est, antiquorem et meliorem eo fuisse, e quo *Chalcondylas* sumpsit. Hujus igitur exempli tex-tum basin hujus nostri exempli esse volui, sed ut numeri antiqui versuum mancarent, et notarentur versus, qui in vulgatis non reperirentur, ut discernere Lyciana a cæteris liceret iis, quibus hæc ratio non placeret. Neque enim omnibus omnia probare possumus: nec id speramus, aut valde cupimus. Varias lectiones in notas, quia nostræ sunt, conjectimus: eademque ratione utemur in hymnis et epigrammati, quæ in quintum Tomum rejicere necesse fuit, in quo et Indices et alia studiosis *Homeri* non inutilia D. V. exhibebimus.

*Admonitio.*—Quoniam notæ Clarkianæ in Batrachomyomachiam et reliqua prope totæ constant comparatione locorum Homericorum, unde versus vel toti vel ex parte ducti sunt, similibusque, non illis plane inutilibus ad cognoscendum, sed tamen, non necessariis, et copiosius collectis: eas omisimus, etiam compendii caussa, et solam nostram adnotationem subjecimus. Cæterum non piguit percurrere illas notas et memorare, siquid ad critici et intellectum prodesset.

## ARGUMENTUM

# BATRACHOMYOMACHIÆ.

CUM mus insequentem mustelam effugisset, et ad paludem sitis levandæ caussa cucurisset, colloquio orto inter eum et ranam, de utriusque vitæ genere, mus invitatus a rana concendit ejus tergum, ut per mare vectus cognosceret bona ranarum. Natan-tibus cum hydrus apparuisset, rana præ terrore oblita hospitis, defertur in profundum, atque ita mus perit in undis. Ejus ca-sus spectator mus alius, defert rem ad mures, qui a patre suffo-cati muris incitati bellum adversus ranas parant. Ranæ fama primum, deinde denunciatione belli incitati, pariter se ad bellum comparant. Pugnæ signo dato, acriter concurrunt exercitus. Sed cum multi utrinque caderent, victoria tamen ad mures inclinavit. Qui cum ad interencionem ranarum pugnarent, Jupiter primum fulmine eos deterrere tentat. Ea res cum mures non coërceret, misit cancros, a quibus mures mutilati fugiunt et pug-nandi finem faciunt.

# ΟΜΗΡΟΥ

## ΒΑΤΡΑΧΟΜΥΤΩΜΑΞΙΑ.



ΑΡΧΟΜΕΝΟΣ πρώτον Μεσῶν χορὸν ἐξ Ἐλικῶν  
Ἐλθεῖν εἰς ἐμὸν ἥτορ ἐπεύχομαι, εἶνεν ἀοιδῆς,  
Ἡν νέον ἐν δέλτοισιν ἐμοῖς ἐπὶ γύναισι Δῆκα,  
Δῆριν ἀπειρεσίην, πολεμόκλονον ἔργον" Αρηος,  
5 Εὐχόμενος μερόπεσσιν ἐς θάτα πᾶσι βαλέσθαι,  
Πᾶς μύεις ἐν Βατράχοισιν ἀριστεύσαντες ἔβησαν,  
Γηγενέων ἀνδρῶν μιμέμενοι ἔργα γιγάντων,

ORDIENS, primum Musarum chorū ex Helicone  
Venire in meum pectus exopto, gratia carminis,  
Quod nunc in tabellis super genua impositis instituo:  
Pugnam immensam, bellistrepum opus Martis,  
5 Cupiens homines omnes audire,  
Quomodo mures ranas strenue aggressi sint,  
Terrigenarum imitantes facinora Gigantum,

Ver. 3. Ἡν νέον — Δῆκα,] Sensus est, quod carmen recens institui, vel nunc instituo scribere. Εμοῖς retulerim potius ad γύναισι, quam cum versione vulgata ad δέλτοισιν, praesertim cum δέλτος cum genere masculino incertum sit, certe vix istius atatis. Et sic cepit auctor Scholii e MS. antiquo apud Lycium: ἦ, ἵν ταῖς βίβλοις ἴγγεράφων καὶ χαράττων δηλονότι, ἔθηκα ἵν τοῖς ἵροις γόνατοι etc.

Ver. 6. ἀριστεύσαντες ἔβησαν,] Est periphrasis, pro ἀριστεύσαν. Mures inter ranas

fortissime, et victores pugnavere, gigantum more.

Ver. 9. γαλίνης κίνδυνον] Barnesius ad v. 51. frusta obloquitur Perizonio ad Ἀelianī V. H. XIV. 4. mustelam intelligenti, non felem. In agris mures non timent feles, sed mustelas. Et sic accepere Thiloninus Conradus et Lycius, qui id a Nic. Perrotto bene demonstratum admonet. Cæterum, γαλίνης κίνδυνον dictum pro x. ix vel ἀπὸ γαλίνης, sua sponte quemque intelligere arbitror.

- ‘Ως λόγος ἐν θυητοῖσιν ἔην· τοίνη δὲ ἔχει ἀρχήν.  
 Μῆς ποτε διψαλέος γαλένης κίνδυνον ἀλύξας,  
 10 Πλησίον ἐν λίμνῃ ἀπαλὸν προσέθηκε γένειον  
 “Υδατὶ τερπόμενος, μελιηδεῖ· τὸν δὲ κατεῖδε  
 Λιμνόχαρις, πολύφημος, ἐπος δὲ ἐφθεγξατο τοῖον·  
 Ξεῖνε τίς εἰ; πόδεν ἥλθεις ἐπ’ ἥρνα; τίς δέ σ’ ὁ φύ-  
 Πάντα δὲ ἀλήθευσον, μὴ φευδόμενόν σε νοήσω. [σας;  
 15 Εἰ γάρ σε γνοίην φίλον ἄξιον, ἐσ δόμον ἄξιω,  
 Δῶρα δέ τοι δώσω ξεινήια πολλὰ καὶ ἐσθλά.  
 Εἰμὶ δὲ ἐγὼ Βασιλεὺς Φυσίγναθος, ὃς κατὰ λίμνην  
 Τιμῶμαι, Βατράχων ἡγέμενος ἥματα πάντα·  
 Καὶ με πατήρ Πηλεύς ποτε γείνατο, Υδρομεδέση  
 20 Μιχνέτης ἐν Φιλότητι παρ’ ὄχθας Ἡριδανοῦ.  
 Καὶ σε δὲ ὁρῶ καλόν τε καὶ ἀλκιμον ἔζοχον ἄλλων,

- Ut sermo inter mortales erat. Tale autem habuit principium,  
 Mus olim sitibundus, mustelæ periculum cum evitasset,  
 10 Propinquæ paludi molle immissit mentum  
 Aqua se oblectans dulci. Hunc autem conspergit  
 Limnocharis, garrulus, verbumque locutus est tale;  
 Hospes, quis es? unde venisti ad littus? ecquis te procreavit?  
 Omnia autem vere dico, ne mentiri te sentiam.  
 15 Si enim te cognovero amicum dignum, domum deducam,  
 Muneraque tibi dabo hospitalia multa, et præclara.  
 Sum autem ego rex Physignathus, qui per paludem  
 Color, ranis imperans diebus omnibus.  
 Et me pater Peleus olim genuit, Hydromedusæ  
 20 Mixtus amore juxta ripas Eridani.  
 Sed et te video præstantemque et robustum præ aliis,

Ver. 10. ἀπαλὸν — γνίνειον] MS. Oron. λιχνον, quod placet Barnesio, qui comparat Callimachi σίματα λίχνα, fr. 19. quomodo et Gregor. Naz. locutus est. Probarem et ipse, si de cupediis et esculentis esset sermo, quæ ligurriret musculus: de barba bibentis aquam durius mihi videtur: etsi fatendum est, vix intelligi posse, quomodo pro ἀπαλὸς in mentem venire potuerit librario λιχνος.

Ver. 12. Λιμνόχαρις.] Barnesius scribi malit λιμνοχαρην, ut habet ex h. l. Stephanus in Thes. idque sane analogia desi-

derat. E χάρις nulla hujs formæ vocabula et nomina fiunt, nec possunt significare, quod hic res desiderat, nempe lacibus gaudens.

Ibid. ἐπος δὲ ἐφθεγξατο τοῖον] MS. Lips. ἐπος δὲ ἐφατ’ ἐκ δὲ ὀνόμαζεν. Sic erat et in Lycii MS. φθίγγεσθαι cum acc. rursus est 91. 263.

Ver. 19. ποτε γείνατο] MS. L. ἀνεθέψατο. item in Cod. Lycii sic fuit.

Ver. 20. παρ’ ὄχθας] Sic edidi pro ὄχθαις, quod et ipsum rectum est, quia sic sem-

Σκηπτίχον βασιλῆα, καὶ ἐν πολέμοισι μαχητὴν  
Ἐμμεναι· ἀλλ’ ἄγε θᾶσσον ἐν γενετὴν ἀγόρευε.

Τὸν δὲ αὖ Ψιχάρπαξ ἡμείβετο φάνησέν τε·

- 25 Τίπτε γένος τέμὸν ζητεῖς, φίλε, δῆλον ἄπασιν  
Ἄνθρωποις τε, θεοῖς τε, καὶ ἔργοισι πετενοῖς;  
Ψιχάρπαξ μὲν ἐγὼ πικλήσομαι· εἰμὶ δὲ κῆρος  
Τεωξάρταο πατρὸς μεγαλήτορος, ηδέ νυ μητὴρ  
Λειχομύλη θυγάτηρ Πτερυγοτράπτε βασιλῆος.  
30 Γείνατο δὲ ἐν καλύβῃ με, καὶ ἐξεδρέψατο βρωτοῖς,  
Σύνοις καὶ καζύοις καὶ ἐδέσμασι παυτοδαποῖσι.  
Πῶς δὲ φίλον ποιῆ με, τὸν εἰς φύσιν ὀδεν ὄμοιον;  
Σοὶ μὲν γὰρ βίος ἐσὶν ἐν ὕδαισιν αὐτὰρ ἔμοιγε,

Sceptigerum regem, et in bellis pugnatorem  
Esse. Sed age ocius tuum genus narra.

Huic autem contra Psicharpax respondit dixitque:

- 25 Quid genus meum quæris, amice, notum universis  
Hominibusque, Diisque, et cœlestibus volucribus?  
Psicharpax ego vocor; sum autem filius  
Troxartæ patris magnanimi; mater vero  
Lichomyle filia Pternotroctæ regis.  
50 Genuit autem in tugurio me, et enutriit cibis,  
Ficubus et nucibus et eduliis variis.  
Quomodo autem amicum facias me, natura neutiquam similem?  
Tibi enim vita est in aquis: sed mihi

per est in hoc Carmine, et h. l. in MS. Lips.

Ver. 21. Καὶ σε δὲ ὁρῶ] MS. L. Καὶ σε  
βλέπω.

Ver. 23. ἐν γενετὴν] Pro σὺν vel τὸν, de qua ratione dictum ad Odyss. v. 520.

Ver. 25. φίλε, δῆλον ἄπασιν] MS. L. δῆλόν γ' ἐν ἄπασιν, quod non displicet. conf. 15. 51.

Ver. 26. Ἀνθρώποις etc.] Barnesius c Versione Graeco-Barbara Demetrii Zeni (apud Crusium in Turco-Graecia) ex uno versu facit duos: Ἀνθρώποις, Ἀστῖς τε καὶ Εὐρώπης νάτησι, Ἀθανάτοις τε θεοῖς καὶ ἔργοισι πετενοῖς. Sed illa versio, que interdum παραφεσικὴ videri potest, non videtur satis auctoritatis habere ad versum inserendum, cuius in nullo alio libro vestigium est.

Ver. 27. κῆρος] MS. L. κῆρος.

Ver. 31. Σύνοις etc.] Hic versus deest

in MS. Lips. et habet aliquid, quod redolent paraphrasin τῷ βρωτοῖς, et ταυτολογίαν in βρωτοῖς et ἐδέσμασι.

Ver. 35. Ἄρτος τρικοπάνιος] MS. L. δυσκοπάνιος, vitiōs pro δισκ. quod e duobus MSS. profert Barnesius, et fuit in MS. Lycii. Est autem non bis aut ter pistus, sed mollior et delicatior, e farina tenuissima, aut exquisitori artificio factus, ut bene Lycius capit.

Ver. 36. Οὐδὲ πλακῆς] Barnesius de conjectura οὐ πλακέντις. Πλακῆς τανίτηλος est aut simpliciter lata, aut condimentis, saccharo tecta et velut involuta et loricata.

Ibid. πολὺ σπαμότυρον,] Sic MS. L. et ed. Lycii. Alii: πολλὴν σπαμίδα, quod est nomen placenter, que hic describitur. Vid. Etym. Magn. in πυραμίδι. Id fortasse in margine scriptum venit post in contextum. Lycius non dubitabat πολὺ

"Οσσα παιρ' ἀνθρώποις, τρώγειν ἔθος. Οὐδέ με λήπει  
 35 "Αρτος τριζκοπάνισος ἐπ' εύκυκλῳ κανέοιο,  
 Οὐδὲ πλακῆς τανύπεπλος ἔχων πολὺ σησαμότυρον,  
 Οὐ τόμος ἐκ πτέρων, ἐχ ἥπατα λευκοχίτωνα,  
 Οὐ τυρὸς νεόπηκτος ἀπὸ γλυκεροῦ γάλακτος,  
 Οὐ χειρὸν μελίτωμα, τὸ καὶ μάκαρες ποδέσσιν,  
 40 Οὐδὲ ὄσα πρὸς θοίνας μερόπων τεύχεστι μάγειροι.  
 Κοσμῶντες χύτρας ἀρτύμασι παντοδαποῖσιν.  
 'Ουδέποτ' ἐκ πολέμου κακὴν ἀπέφευγον ἀϋτήν,  
 'Αλλ' εὐθὺς μετὰ μῶλον ἵων προμάχοισιν ἐμίχθην.  
 Οὐ δέδι ἀνθρώπον, καίπερ μέγα σωμα φορεντῷ.  
 45 'Αλλ' ἐπὶ λέκτρον ἵων καταδάκνω δάκτυλον ἄκρον,

Quæcunque suppetunt hominibus, rodere consuetudo. Neque me latet

- 55 Panis bene coctus in rotundo canistro,  
 Neque placenta lata, habens multum sesamini casei,  
 Non particula resecta de perna, non jecora alba tunica inducta,  
 Non caseus recens pressus ex dulci lacte,  
 Non bona ex melle placenta, quam et beati appetunt:  
 40 Neque quæcunque ad epulas hominum parant coqui  
 Instruentes ollas condimentis variis.  
 Nunquam ex bello malam fugi pugnam:  
 Sed recta prælium iniens primis pugnatoribus misceor.  
 Non metuo hominem, quamvis magnum corpus habentem:  
 45 Sed ad lectum iens summum digitum admordeo,

*σησαμότυρον*, quod in suo Codice repererat, esse verum: nam alterum orthographiam non tueri.

Ver. 37. *ἥπατα λευκοχίτωνα*,] Jecinora ad verbum, *albam tunicam* *habentia*, ut vulgo vertunt, utque cepit Lycius, intellecto peritonæo, s. *ἰτίπλω*, quo involvi solita jecinora, cum assarentur vel coquerentur, tradit Athenæus III. 24. "Εἴος τῷ *ἰτίπλῳ* περικαλύπτοισι *ἥπατα*: unde jocus meretriculæ, reperto pulmone pro jecinore in omento, exclamantis: *ἀπόλλω λείπων μὲν ἀλειπων περιπτυχαί*; itemque Creobyl Comici ratio, *αισχυνόμενον*, *verecundum* vocantis tale jecur. Sed nil impedit intelligi jecinora *alba*, anserina, ut opinor, vel suilla, quæ sunt in deliciis, et sunt coloris hujusmodi, bene pastis animalibus. MS. L. perperam *ἱματα*. *Ἡπαρ* Græci etiam interpretantur genus placentæ, jecori similis.

Ver. 38. *Οὐ τυρὸς*] Sic bene e MSS. dedit Barnesius, quod est et in MS. L. Sed sic jam ediderat e MS. Lycius.

Ver. 39. *τὸ καὶ μάκαρες ποδέσσιν*] Barnesius in notis dubitat, Dii an divites intelligendi sint? At τὸ καὶ videtur pro Diis decernere.

Ver. 40. *πρὸς θοίνας*] Sic Lycius e MS. post Barnes. e duobus. MS. L. edd. cæteræ in θοίνη consentiunt.

Ver. 42. 45. 46. Berglerus in præf. ad Odysseam colligit hinc, Homeri non esse Batrachomyomachiam, quod in *ἀπίφυτον* media producatur, et in *ἴτανον* corripiatur vitiōse. At cum antiquum tamen sit carmen: quomodo potuit Auctor tam gravior peccare, quicunque sit? Itaque talia potius corrigenda sunt, ut manifesta vitia, qualia etiam in multos Iliados et Odyss. Codices irrepserit; quod et ad ver. 47. 52. pertinet.

Καὶ πτέρηντις λαβόμην, καὶ ὁ πόνος ἄνδρα ἵκανεν·  
 Νήδυμος ὡς ἀπέφευγ' ὑπνος δάκνοντος ἐμοῖο.  
 Ἀλλὰ δύω μάλα πάντα, τὰ δείδια πᾶσαν ἐπ' αἶν,  
 Κίρκον καὶ γαλένην, οἵ μοι μέγα πένθος ἄγγεστι,  
 50 Καὶ παγίδα σονέσσαν, ὅπερ δολέσις πέλε πότμος.  
 Πλεῖστον δῆ γαλένην περιδείδια, ἥτις ἀρίστη,  
 Ἡ καὶ τρωγλοδύοντα κατὰ τρώγλην ἐρεείνει.  
 Οὐ τρώγα ράφανας, ἢ πράμβας, ἢ κολοκύνθας,  
 Οὐ τεύτλοις χλωροῖς ἐπιβόσκομαι, ὃδὲ σελίνοις.  
 55 Ταῦτα γὰρ ὑμέτερος ἐσὶν ἐδέσσατα τῶν κατὰ λίμνην.  
 Πρὸς τάδε μειδῆσας Φυσίγναθος ἀντίον ἤνδα.  
 Ξεῖνε, λίνην αὐχεῖς ἐπὶ γαστέρι ἐσὶ καὶ ἡμῖν  
 Πολλὰ μάλ’ ἐν λίμνῃ καὶ ἐπὶ χθονὶ θαύματ’ ἰδεόθας.

Et calcaneo prehendo, nec dolor invadit virum.  
 Aut profundus fugit somnus, mordente me.  
 Verum duo valde omnino metuo omnem super terram,  
 Circum et mustelam, qui mihi magnum luctum ferunt,  
 50 Et tendiculum lamentabilem, ubi dolosa est mors.  
 Plurimum sane mustelam extimesco, quae est præstantissima,  
 Quae etiam cavernam subeuntem, in ipsa caverna queritat.  
 Non comedo raphanos, non brassicas, non cucurbitas;  
 Non betis viridibus pascor, neque apii.  
 55 Hæc enim vestra sunt edulia, qui paludem incolitis.  
 Ad hæc subridens Physignathus contra dixit:  
 Hospes, nimis gloriaris ventre. Sunt et nobis  
 Multa valde in palude, et super terra mirabilia visu.

Ver. 42. ἀπέφευγον] Sic bene restituit Barnesius. MSS. edd. ἀπέφυγον contra metrum.

Ver. 43. εἰδὺς μετὰ μῶλον] Scribendum puto εἰδὺν, recta, quod sensus desiderat: ultima producitur a cæsura.

Ver. 44. φορεῦντα] Barnesius φορεῦντα, e conjectura: si scriptura vulgata non placet, potest etiam scribi φορέοντα, quod pronunciandum φορεύτα vel φορεῦντα.

Ver. 45. Καταδάκνω δάκτυλον ἄκρον,] Sic edidit Barnesius, quem sequor. MSS. et edd. omnes ordine inverso.

Ver. 46. ἄνδρα ἵκανεν] Sic malim, ordine verborum inverso, ut in v. præced. quam cum Barnesio de conjectura ἵκετο φάτα. Forte et melius foret ἵκανεν.

Ver. 47. οὐκ ἀπέφευγ' ὑπνος] Sic cum Barnesio placet pro ἀπέφυγεν ὑπνος. Si quis tamen malit ἀπέφευγον ὑπνος, ut prima in ὑπνος corripiatur, sicut infra in ἄρπανος, ver. 190. non repugnem.

Ver. 48. Ἀλλὰ δύω μάλα πάντα, τὰ δείδια] Si hæc lectio genuina est, intelligenda sic, sed duo sunt omnino, quo sensu πάντα adjectum numeris dici, supra a Clarkio demonstratum est, et ab aliis alibi. Sed valde blanditur lectio duorum Codd. apud Barnesium: ἀλλὰ δύω πάντας πέρι δείδια.

Ver. 52. τρωγλοδύοντα] Libri omnes ante Barnes. male τρωγλοδύοντα.

Ver. 53. 55. Οὐ τρώγων] Suspiciatur aliquando sum, hos versus, ut alios hujus

- Αμφίβιον γὰρ ἔδωκε νομὸν Βατράχοισι Κρονίων,  
 60 Σκιρτῆσαι κατὰ γῆν, καὶ ἐφ' ὑδασὶ σῶμα καλύψαι,  
 (Στοιχείοις δυσὶν μεμερισμένα δάματα ναίειν.)  
 Εἰ δὲ ἐπέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, εὐχερές ἐσι.  
 Βαῖνε μοι ἐν νάτοισι, πράτει δέ με, μήποτ' ὄληαι,  
 "Οππως γηδόσυνος τὸν ἐμὸν δόμον εἰσαφίκηαι.  
 "Ος ἄρετος ἐφη, καὶ νῶτ' ἐδίδως· οὐδὲ ἐβαίνε τάχισα,  
 65 Χεῖρας ἔχων ἀπαλοῖο κατ' αὐχένος, ἀλματὶ καθφω.  
 Καὶ τὸ πρῶτον ἔχαιρεν, ὅτε ἐβλεπε γείτονας ὄρμας,  
 Νήξει τερπόμενος Φυσιγνάδως· ἀλλ' ὅτε δὴ ρά  
 Κύμασι πορφυρέοις ἐπεκλύζετο, πολλὰ δακρύων  
 "Αχερησον μετάνοιαν ἐμέμφετο, τίλλε δὲ χαῖτας,  
 70 Καὶ πόδας ἐσφιγγε κατὰ γασέρος· ἐν δὲ οἱ πτορ

- Ancipitis enim vitæ pastum dedit ranis Saturnius,  
 60 Salire per terram, et sub aquis corpus oculere,  
 (Elementis duobus distinctas domos habitare.)  
 Quod si vis et hæc nosse, facile est.  
 Conscende meum dorsum, prehendeque me, ne forte pereas,  
 Utque latus meam domum pervenias.  
 Sic quidem dixit, et dorsum præbuit. Ille vero ascendebat celerrime,  
 65 Manibus tenens tenerum collum, saltu levī.  
 Et primum gaudebat, cum videret vicinos portus,  
 Natatione oblectans se Physignathi: sed cum jam  
 Fluctibus purpureis obruebatur, multum lachrimans  
 Inutili pœnitentia querebatur, vellebatque pilos,  
 70 Et pedes stringebat sub ventrem, inque eo cor

carminis, in libris loco motos et post v.  
 40. reponendos esse.

Ver. 54. Οὐ τεύτλοις] MSS. Oxon. et  
 Lips. item Codex Lycii ἀδὲ πράσσοις.

Ver. 55. ὑμρῶν] Sic Lyc. MSS. Oxo. L.  
 ὑμρτίον] i.e. male.

Ver. 56. μιδόσας] Μιδιάσας iid. male.  
 Lips. etiam addit ὁ φυσ.

Ver. (Στοιχείοις) Hunc versum primus edidit Lycius; secutus est Barnesius, qui in MSS. tribus reperit, sed posuit ante versum σπιρῆσαι. Ego versum spurium puto, et propterea uncis inclusi. Est enim nimis frigida ταυτολογία. Nec mihi persuadeo, σωχῆσαι hoc sensu tam antiqua esse et poëta apta.

Ver. 61. Εἰ δὲ ιδίλιαις] MS. Lips. εἰ δὲ ιδίλιαις.

Ver. 62. Βαῖνε μοι] Sic MSS. Oxo. L. et antiquus Lycii, unde et sic edidi. Cæteræ edd. αἴρωστ' εἰν.

Ver. 63. "Οππως] MS. L. ὥπως.

Ver. 65. ἀπαλοῖο] MS. duo Oxo. et Lips. τρυφεροῖο.

Ver. 68. πολλὰ δακρύων] Intelligendum est, medium in δακρύων esse natura longam, ut e δακρύσῃ et similibus patet, corripique modo ob vocalem sequentem: ut notat Clarkius. Barnesius in uno MS. reperit, πολλὰ δὲ ἐβάστησι, quod ad 84. pertinere videtur.

Ver. 69. "Αχερησον μετάνοιαν ἐμέμφετο,] Non est malus sensus: accusabat seram suam et propterea inutilem pœnitentiām: sed vide an melius sit, intelligere

Πάλλετ' ἀηδείη, καὶ ἐπὶ χθόνα βέλεδ' οἰκέσθαι.

Δεινὰ δὲ ἐπειονάχιζε, φόβῳ πευόεντος ἀνάγκη.

"Τὸς δὲ ἔξαπίνης ἀνεφαίνετο, δεινὸν ὄραμα

"Αμφοτέροις δὲ δὸν δὲ ὑπὲρ ὕδατος εἶχε τράχηλον.

75 Τῶτον ιδὼν κατέδυ Φυσίγναδος, ὃ τι νοήσας,

Οἶον ἑταῖρον ἔμελλεν ἀπολλύμενον καταλείπειν.

Δῦ δὲ Βάδος λίμνης, καὶ ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν.

Κεῖνος δὲ ᾧς ἀφέδη, πέσεν ὑπτίος εὐθὺς ἐφ' ὕδωρ,

Χεῖρας δὲ ἔσφιγγε, καὶ ἀπολλύμενος κατέτριξε.

80 Πολλάκι μὲν κατέδυνεν ἐφ' ὕδατι, πολλάκι δὲ αὖτε  
Λακτίζων ἀνέδυνε μόρον δὲ ὡκὴ ἦν ὑπαλύζαι.

Οὐρὴν πρῶτην ἥπλωσεν ἐφ' ὕδασιν, ἡὗτε κάπην

Σύρων, εὐχόμενος τε θεοῖς ἐπὶ γαῖαν οἰκέσθαι,

"Τύμασι πορφυρέοισιν ἐκλύζετο· πολλὰ δὲ ἐβάζει,

Saliebat insolentia, et in terram cupiebat redire.

Vehementer autem suspirabat metus frigidi vi.

Hydrus enim de improviso apparebat, horrendum spectaculum

Ambobus, erectumque super aquam habebat collum.

75 Hunc conspicatus aquam subiit Physignathus, nequaquam cogitans,  
Quod sodalem esset pereuntē relicturus.

Subiit igitur profunditatem paludis, et vitavit mortem atram.

Ille autem postquam relictus est, cecidit supinus statim in aquam,  
Manusque stringebat, et periens stridebat.

80 Sæpe quidem mergebatur sub aqua, stepe vero rursum

Calcitrans emergebat: mortem autem non licebat subterfugere.

Caudam primum exorrexit super aquis, tanquam remum

Trahens, oransque Deos, in terram ut rediret,

Aquis purpureis alluebatur, multumque clamabat,

κατ' ἀχρ. μετάνοιαν, ut μέμφισθαι sit sine  
regimine, queri.

Ver. 70. ἔσφιγγε κατὰ] MS. Lips. be-  
ne. Cæteri libri ἔσφιγγεν. Sic et mox  
v. 87.

Ver. 71. βέλεθ' ικτόται.] Sic MSS. duo  
Or. et Lips. ed. Lyc. alii ιδίοται, quod  
defendit Barnesius, quia mox sequitur  
ικτόται. Explicasset potius, quid hic esset  
ἰκτὶ γαῖαν ιδίοται.

Ver. 72. ἐπειονάχιζε,] MS. Lips. ὑπε-  
στονάχιζε. Sic et Oron. Nihil refert. Utro-  
que verbo utitur Homerus, et confusio  
utriusque solennis est, omninoque ista-  
rum præpositionum in compositis.

Ver. 73. "Τὸς δὲ ἔξαπίνης] Hoc magis  
poëticum quam ἵζαιφνς, quod Lips. et  
alii quidam habent.

Ver. 76. ἀπολλύμενον καταλείπειν.] Hoc  
melius, ut opinor, quam quod habent  
vulgg. ἀπολλύμεναι κατὰ λίμνην. In illo  
consentientur MSS. Or. Lips. ed. Lycii.

Ver. 82. Οὐρὴν πρῶτην ἥπλωσιν] Sic Ly-  
cius e MS. edidit, idque verum puto,  
nec displicet Barnesio. Ἔτλασι, quod  
vulgo habent, nimis generale est: se-  
quentia ἡὗτε etc. illustrant τὸ ἥπλωσιν, por-  
rēxit. Conf. v. 108. Cæterum versus hic  
cum sequentibus septem in edd. vulg.  
post v. 73. reperitur. Ego MS. Lips.

- 85 Καὶ τοῖον φάτο μῦθον, ἀπὸ σόματος δὲ ἀγόρευεν·  
Οὐχ ὅτῳ νάτοισιν ἐβάσασε φόρτον ἔρωτος  
Ταῦχος, ὅτε Εὔρωπην διὰ κύματος ἦγε ἐπὶ Κρήτην,  
‘Ως ἴμ’ ἐπιπλάσαις ἐπινώτιον ἦγεν ἐς οἴκου  
Βάτραχος ἀμπετάσας ὠχρὸν δέμας ὕδατι λευκῷ.  
90 Δευόμεναι δὲ τρίχες πλεῖστον βάρος εἶλκον ἐπ’ αὐτῷ.  
“Τσατα δὲ ὄλλομενος τοίς ἐφθέγξατο μύθοις.  
Οὐ λῆσεις δολίως, Φυσίγναθε, ταῦτα ποιήσας,  
Ναυηγὸν ρίψας ἀπὸ σώματος, ὡς ἀπὸ πέτρης.  
Οὐκ ἂν με κατὰ γαῖαν ἀμείνων ἥσθαι, κάκισε,  
95 Παγκρατίᾳ τε, πάλῃ τε, καὶ εἰς δρόμον ἀλλὰ πλανή-  
Εἰς ὕδωρ μὲν ἐρρίψας ἔχει θεὸς ἐκδικον ὄμμα, [σας  
Ποιηὴν αὐτίκα καὶ τίσιν ὄρθην ὃς καὶ ἀποδώσει,  
(Ταῖς δὲ τίσεσι σε μυῶν σρατὸς, ῳδὲ ὑπαλύξεις.)

- 85 Et talem dixit sermonem, expediteque locutus est:  
Non ita dorso portavit pondus amoris  
Taurus, quando Europam per fluctum vexit in Cretam:  
Ut me innatans super dorso duxit domum  
Rana, cum expandisset pallidum corpus in aqua alba.  
90 Madentes autem pili maximum pondus attrahebant.  
Postremo autem periens tales edidit sermones:  
Non latebis, dolose, Physignathe, his perpetratis,  
Naufragum quo dejecisti de corpore, tanquam de petra.  
Haud me in terra præstantior eras, pessime,  
95 Pancratioque, luctaque, et ad cursum. Sed cum seduxisses,  
In aquam me dejecisti: Habet Deus vindicem oculum,  
Pœnam statim et ultionem meritam qui retribuet,  
(Quibus sane ulciscetur te murium exercitus, neque subterfugies.)

et *Lycium* secutus sum, quibus res magis faveat. Versus 77. sq. 81. ὅτῳ etc. non possunt in tergo ranæ dicti esse, ut facile patet e verbis ὡς ἴμ’ ἦγεν ἐς οἴκου βάτραχος.

Ver. 84. πολλὰ δὲ ἐβάστει] Ita e MSS. restitut *Barnesius*. MS. L. et edd. omnes ἐβάσαν, quod versum perimit.

Ver. 85. ἀπὸ σόματος δὲ ἀγόρευεν] MS. L. ἀγόρευσιν.

Ver. 89. ἀμπετάσας] Ita ex ed. *Lycii* et MS. L. dedi, quibus duo *Oxon.* consentiunt. *Vulg.* ὑψάσας. Utrum sit ab auctore, vix pro certo dicam.

Ver. 91. “Τσατα δὲ ὄλλομενος] Hæc est haud dubie vera lectio, quam *Lycius* e MS. antiquo dedit. Cæteri scr. et edd. ὕδασι, vel ὕδατι e v. 89.

Ver. 92. δολίως, Φυσίγναθε, ταῦτα ποιήσας,] In hac lectione MSS. consentiunt cum ed. *Lycii*. Edd. vulg. γι θεές. Sed hoc post minatur, et doli factam mentionem arguunt sequentia: ἐκ ἀν με etc. quibus dicit vi superiorē ranam futuram non fuisse.

Ver. 93. ὡς ἀπὸ πίτης.] MS. L. ὡστ’ ἀπὸ πίτης.

Ver. 97. etc. Ποιηὴν etc.] Exhibui lec-

Ταῦτ' εἰπὼν ἀπέπνευσεν ἐν ὕδατι· τὸν δὲ κατεῖδε  
 Λειχοπίναξ ὄχθησιν ἐφεζόμενος μαλακῆσι,  
 (Καὶ ῥά κραιπνότατος μοίρης μυσὶν ἄγγελος ἦλθε)  
 100 Δεινὸν δὲ ἔξολόλυξε, δραμὼν δὲ ἡγγειλε μύεσσιν.  
 'Ως δὲ ἔμαδον τὴν μοῖραν, ἔδυ χόλος αὐνὸς ἅπαντας,  
 Καὶ τότε κηρύκεσσιν ἑοῖς ἐκέλευσαν, ὑπὲρ ὄρθρου  
 Κηρύσσειν ἀγορὴν, ἐς δάματα Τρωξάρταο,  
 Πατρὸς δυσήνες Ψιχάρπαγος, ὃς κατὰ λίμνην  
 105 "Υπτιος ἔξηπλωτο νεκρὸς δέμας, ωδὲ παρ' ὄχθας  
 'Ην ἥδη τλήμων, μέσσω δὲ ἐπενήχετο πόντῳ.  
 'Ως δὲ ἥλθον σπεύδοντες ἄμ' ἦοι, πρῶτος ἀνέση  
 Τρωξάρτης ἐπὶ παιδὶ χολέμενος, εἰπέ τε μῦθον.  
 'Ω φίλοι, εἰ καὶ μένος ἐγὼ κακὰ πολλὰ πέπονθε

Hæc locutus expiravit in aqua. Illum autem conspexit  
 Lichopinax ripis insidens mollibus,  
 (Et velocissimus mortis muribus nuncius venit,)  
 100 Misereque ejulavit, currensque nunciavit muribus.  
 Ut autem cognoverunt mortem, invasit ira gravis universos,  
 Et tunc præcones suos jusserunt, sub diluculum  
 Advocare concionem in ædes Troxartæ,  
 Patris luctuosi Psicharpagis, qui in palude  
 105 Supinus porrigebatur, mortuo corpore, neque juxta ripas  
 Erat jam miser: medio sed innatabat ponto.  
 Ut autem venerunt festinantes cum aurora, primus surrexit  
 Troxarta ob filium irascens, dixitque sermonem;  
 O amici, etsi solus ego mala multa passus sum

tionem, quam e MS. antiquo dedit *Lycius*, nisi quod e MSS. *Oron.* duobus et *Lips.* in quibus et ipsis hi duo versus sunt, sed valde corrupti, dedi τίσιοι, pro τίσσαισιν. In vulg. tantum est unus versus, isque vitiosus ποιὸν σὺ τίσις μυῶν σρατῶ θὲτονταλέγει, quem Barnesius ex ingenio corredit ποιὸν αὖτις σὺ μυῶν σρατῷ. Sane si uno versus defunctus esset, aptius fuisse breviloquentiae precum, inprimis in moriente, essetque simile illi *Iliad.* a'. 42. Τίσιαν Δαναοὶ ἵμεν δάκρυα τοῖσι βίλεσσι. Itaque si bonus versus ex bono libro preferretur, libenter præferrem. In MS. est ἀντίκτιον ὁρθόν. Barnesius hoc e scholio natum ait. Ἀντίκτιος est sane glossa τῆς ποιὸν, etiam apud Hesych. Sed ὁρθὸν non videtur esse glossatoris.

Ibid. Ποιὸν — ὃς καὶ ἀποδάσσει,] Videtur sapere scriptorem Christianum. In *Novo Testamento* Deus dicitur ἀποδάσσει ἵκαστα κατὰ τὰ ἔργα αὐτᾶς. Sed etiam bene græce sic. *Lysias Or.* I. p. 3. ἡ αὐτὴ τιμωρία τοῖς ἀσθενεστάτοις πρὸς τὰς τὰ μέγιστα δυναμίνες ἀποδίδοται, eadem pœna s. ultio humillimis contra potentissimos redditur, sc. a republica. Intelligentum igitur in verbis poëtie mox τὰς ἀδικεμένης.

Ibid. τίσις ὁρθὸν] Est pœna justa.

Ver. 98. Ταῦτ' εἰπὼν] MS. L. ὡς εἰπὼν, ut et MSS. duo *Oron.*

Ver. (Καὶ ῥά κραιπνότατος etc.) Hic versus a *Lycio* primum editus est, totidemque literis extat in MS. *Lips.* et duobus *Or.* Recepit et Barnesius, sed mutatum sic: Κραιπνότατος δὲ αὐτῷ μοίρης etc., nulla

- 110 Ἐκ Βατράχων, ἡ μοῖρα κακὴ πάντεσσι τέτυκται.  
 Εἰπὶ δὲ νῦν ἐλεεινὸς, ἐπεὶ τρεῖς παιδας ὄλεσσα.  
 Καὶ τὸν μὲν πρῶτόν γε κατέκτανεν ἀρπάξασα  
 Ἐχθίση γαλέη τρώγλης ἔκτοςθεν ἐλῆσα.  
 Τὸν δὲ ἄλλον πάλιν ἀνδρες ἀπηνέες ἐς μόρον ἤξαν,  
 115 Καινοτέρας τέχνας ξύλινον δόλον ἔξευρόντες,  
 Ἡν παγίδα καλέσσοι, μυῶν ὀλέτειραν ἐθσαν.  
 Ὁ τρίτος ἦν ἀγαπητὸς ἐμοὶ καὶ μητέρι κεδνῆ.  
 Τετον ἀπέωνιζεν Φυσίγναθος ἐς βυθὸν ἄξας.  
 Ἀλλ' ἄγεδ' ὄπλισόμεσθα, καὶ ἐξέλθωμεν ἐπ' αὐτὰς,  
 120 Σάματα κοσμήσαντες ἐν ἔντεσι δαιδαλέοισι.  
 Ταῦτ' εἰπὼν ἀνέπεισε καδοπλίζεσθαι ἅπαντας.  
 Καὶ τὰς μέν ῥ' ἐκόρυστεν Ἀρης πολέμοιο μεμηλάς.

- 110 A ranis: mors mala omnibus parata est.  
 Sum autem nunc miserabilis, siquidem tres filios perdidit,  
 Et primum quidem occidit arreptum  
 Odiosissima mustela foramen extra deprehensum.  
 Alterum vero deinde viri crudeles ad mortem traxerunt,  
 115 Novis artibus ligneum dolum cum excogitassent,  
 Quam tendiculam vocant, murium illam perditricem.  
 Tertius erat dilectus mihi et matri venerandæ;  
 Hunc suffocavit Physignathus, in profundum dejectum.  
 Sed agite, armemur et egrediamur contra illas,  
 120 Corporibus instructis armis pulchris.  
 Hæc locutus persuasit, ut armarentur, universis,  
 Atque illos quidem incitavit Mars, cui bellum cordi.

idonea de causa. Illa forma connectendi καὶ ἡ usitatissima Homero tali in re ac loco. μοῖρας mutandi ratio est, quod Homero in dativo μοῖρῃ potius usurpatur quam μοίρᾳ. Caterum suspectum versum facit ταυτολογία. Nam in sequenti idem dicitur, δομὸν δὲ ἡγγιστας μύεσσιν. Et δενδὸν δὲ ἐξολόλυσε, graviter ingemuit, vel exclamavit præ dolore, ab spectaculo scilicet tristi et acerbo, aptius cohæret cum κατιδίδι etc.

Ver. 105. [Ταττος ἐγέντλωτο] Egregia pictura natantis cadaveris. Natat mortuus mus supinus, et porrectus a solutione membrorum. conf. 82.

Ibid. νεκρὸς δίμας,] Sic MS. Lips. ed. Lycii, at edd. cateræ νεκρὸς δίμας, quod

et ipsum rectum est. quod nos prætulimus, magis poëticum est.

Ver. 106. ἵπενήχετο] MS. L. ἵπενήχετο. male. vid. ad v. 72.

Ver. 112. πρῶτόν γε] Sic ed. Flor. Lycii, et hoc volebat Cod. vetus apud Barnesium, qui habet τε. Id, ut melius τῷ φα, prætuli. Edd. Ald. et Lov. neutrum habent.

Ver. 115. ἔκτοσθεν] MS. L. ἔκτοσθεν. male.

Ver. 114. ἤξαν,] MS. L. et alias apud Barnesium ἔκταν.

Ver. 115. δολον] MS. L. et duo apud Barnesium, item Schol. Soph. Antig. 100. μόρον.

Ver. 117. Ὁ τρίτος ἦν] Barnesius cor-

- Κινημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κυήμησιν ἔθηκαν,  
 'Ρήξαντες κυάμις χλωρεῖς, εὗτ' ἀσκήσαντες,
- 125 Οὓς αὐτοὶ διὰ νυκτὸς ἐπισάντες κατέτρωξαν.  
 Θώρηκας δὲ εἶχον καλαμοσεφέων ἀπὸ Βυρσῶν,  
 Οὓς γαλέην δείσαντες ἐπισάμενως ἐποίησαν.  
 'Ασπὶς δὲ ἦν λύχνος τὸ μεσόμφαλον· ἡ δέ ν λόγχη  
 Εὔμηκης βελόνη, παγχάλκεον ἔγγον "Αρηος.
- 130 Ἡ δὲ κόρυς τὸ λέπαυρον ἐπὶ κροτάφοις καρύοιο.  
 Οὕτω μὲν μύες ἤσαν ἐνοπλοι· ὡς δὲ ἐνόησαν  
 Βάτραχοι, ἐξανέδυσαν ἀφ' ὑδατος· εἰς δὲ ἔνα χῶρον  
 'Ελθόντες, βελὴν ξύναγον πολέμοιο καποῖο.  
 Σκηπτομένων δὲ αὐτῶν, πόθεν ἡ σάστις, ἡ τίς ὄμιλος·

Oreas quidem primum cruribus circumdederunt,  
 Frangentes fabas virides, apteque elaborantes,

125 Quas ipsi per noctem assidue devorant.

Thoraces autem habebant de coriis, culmeo vinculo munitis,  
 Quos, de mustela excoriata, scienter fecerant.

Scutum autem erat lychni medius umbo. Sed lancea,  
 Bene-longa acus, æreum opus Martis.

130 Galea vero cortex in temporibus, nucis.

Ita quidem mures erant armati. Ut autem intellexerunt  
 Ranæ, emerserunt ex aqua, inque unum locum  
 Profectæ consilium inierunt de bello malo.  
 Cogitantibus autem illis, unde seditio, aut quæ turba:

rexit ὁς, quod non arbitror necessarium. Nam apud Homerum ὁ pro ὁς Ionice sæpe occurrit.

Ver. 119. ὅπλισμεσθα, καὶ] MS. Lips. ὅπλισμεθα καὶ, ed. Lycii ὅπλισμεθα κ' ἵζ. An fuit: ὅπλισμεθα κ' ἵζλ. Sed versus foret parum concinnus.

Ver. 120. Σώματα etc.] Hic versus abest MS. L.

Ver. 121. Ταῦτ'] Ταῦτ' edd. F. Lyc.

Ver. 122. Καὶ τὸ μὲν etc.] Hic versus abest MS. L. et duobus Oxon. nec sane placet.

Ver. 124. εὗτ' ἀσκήσαντες,] MS. L. κυά-  
 μις ἐκάλυψαν. Haec lectio est e confusione diversarum lectionum. Sunt in duabus MSS. apud Barnesium, loco hujus versus duo alii, quorum alter habet hanc clausulam.

Ver. 126—150. Θώρηκας etc.] Hi versus quinque sunt in MS. L. hoc ordine:

'Ασπὶς — Εὔμηκης — 'Η δὲ κ. — Θώρηκας — Οὖς —

Ver. 126. καλαμοσεφίων ἀπὸ βυρσῶν, etc.] Hunc locum nunquam satis concoquere potui. Unde mustela muribus? an forte in cadaver mustelæ incidentar? Sed ex una mustela quomodo tot muribus thoraces? nam pluralem βυρσῶν in una mustela non urgeo. Conjeci θυρεῶν, intelligens caules, in qua significazione θύρας scribi, Eustathius tradit. Caules plantarum demorsos stramineis vinculis junxere. Hi essent commode καλαμοσεφίων θυρεοῖ. Atque hoc genus thoracis apte conveniret cæteris generibus armorum. Tales et thoraces ranarum v. 161. Sed ita alter versus delendus esset. Obiter noto, apud Hesych. esse θύρας κυνῆ ex Aristophanis Νίσσοις, quod fragmentum prætermisssum est a Cantero et Coddeo.

Ver. 129. Εὔμηκης βελόνη,] Sic ed. Lycii,

- 135 Κήρυξ ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σκῆπτρον μετὰ χερσὶ,  
Τυρογλύφῳ νίσι μεγαλητορος, Ἐμβασίγυτρος,  
Ἄγγέλλων πολέμοιο κακὴν φάτιν· εἰπέ τε μῦθον·  
“Ω βάτραχοι, μύεσ ὑμιν ἀπειλήσαντες ἐπεμψαν  
Εἰπεῖν ὡτλίζεσθαι ἐπὶ πόλεμον τε μάχην τε.  
140 Εἶδον γὰρ καὶ ὅδωρ Ψιχάρπαγα, ὄντερ ἐπεφνεν  
Τυμέτερος Βασιλεὺς Φυσίγναδος· ἀλλὰ μάχεσθε,  
Οἵτινες ἐν βατράχοισιν ἀριστῆς γεγάσατε.  
“Ως εἰπὼν ἀπέφηνε, λόγος δὲ εἰς ἥπατα μυῶν  
Εἰσελθὼν ἐτύραξε φρένας βατράχων ἀγεράχων.  
145 Μεμφορένων δὲ αὐτῶν Φυσίγναδος εἶπεν ἀνασάς.  
“Ω φίλοι, ὃκ ἔκτεινον ἐγὼ μῦν, ὃδε κατεῖδον

- 135 Praeco accessit gestans sceptrum in manibus,  
Tyroglyphi filius magnanimi, Embasichytrus,  
Nuncians belli malum nuncium, dixitque sermonem :  
O ranæ, mures vobis minati miserunt  
Dicere, ut armemini ad bellumque pugnamque.  
140 Viderunt enim in aqua Psicharpagem, quem occidit  
Vester rex Physignathus. Sed pugnate  
Quæcumque inter ranas fortes natæ estis.  
Sic locutus rem exposuit. Sermo autem in aures murium,  
Ingressus, perturbavit animos ranarum præstantium.  
145 Conquerentibus autem illis, Physignathus dixit, cum surrexisset :  
O amici, non occidi ego murem, neque conspexi

e MS. ut opinor. Et hoc melius, quam cum Barnesio de conjectura dare, αἱ δὲ νν λόγχαι, Εἴμηνεις βιλόναι. Etiam ante singularis est. MSS. et edd. alia ἡ δὲ νν λόγχη εὑμῆνεις βιλόναι. male.

Ver. 150. κροτάφους καρύνιο.] Sic pro κροτάφοισι καρύνεις bene dedit Barnesius. MS. Lips. κροτάφους ἵρεινδε, cum tribus MSS. Oron.

Ver. 151. ἴνοτλαι.] Barnesius edidit ἴνοτλαι, ut et infra.

Ver. 152. ἵξανθυσαν] F. A. L. et Lycius ἵξανθυσαν, quod non necesse est.

Ver. 155. μετὰ χερσὶ,] Sic Lycius dedit. Sic habet MS. Lips. et sic dedit Barnes. de conjectura. Cæteri libri κατά.

Ver. 154. ἡ τίς ὄμιλος.] Servavi lectio-  
nen Lycii, quam e et vetere libro profert Barnesius. MS. Lips. et duo Oron. ἡ μῦ-  
θος, edd. ἡ θεύλλος.

Ver. 135. σκῆπτρον] In MS. Lycii fuit φαβδόν.

Ver. 156. Τυρογλύφῳ] Barnesius e ver-  
sione barbara reposuit Τυροφάγῳ, idque et metro consentire. Frustra. Versio sen-  
sum expressit. Τυρογλύφος; melius, non qui caseos vorat, sed rodit, et paullatim,  
velut scalpendo, minuit. Notus est καρ-  
δαμογλύφος. Nec metrum repugnat.

Ver. 157. εἰπέ τε μῦθον] MS. L. τοῖς.  
Illud melius, simile τῷ ἔπει τραγῳ.

Ver. 140. ὄντερ ἐπεφνεν] Sic Lyc. MS.  
L. et tres Oron. at Vulgg. ὃν κατίπεφνεν.

Ver. 145. λόγος δὲ εἰς ἥπατα μυῶν] Sic MSS. et edd. ante Barnesium, qui de con-  
jectura dedit μυῶν δὲ εἰς ἥπατα μῦθος, quod recipere non sum ausus; etsi concedo ver-  
sum esse vitiosum, qui et hoc nomine non placet, quod in hac collocatione mures videri possint audisse eam orationem.

- Ολλύμενον πάντως δ' ἐπνίγη παιζῶν παρὰ λίμνην,  
 Νήσεις τὰς βατράχων μιμόμενος· οἱ δὲ κάκιοι  
 Νῦν ἐμὲ μέμφονται τὸν ἀναίτιον· ἀλλ' ἄγε βελήν  
 150 Ζητήσωμεν, ὅπως δολίες μύας ἔξολέσωμεν.  
 Τοὶ γὰρ ἐγὼν ἐρέω, ὃς μοι δοκεῖ εἶναι ἄριστα·  
 Σώματα κοσμήσαντες ἐν ὅπλοις σῶμαν ἀπαντεῖ,  
 "Ακροῖς πᾶς χείλεσσιν, ὅπει κατάκρημνος ὁ χῶρος.  
 'Ηνίκα δ' ὄρμηδέντες ἐφ' ἡμέας ἔξελθωσι,  
 155 Δραζάμενοι κορυδάνην, ὅστις σχεδὸν ἀντίον ἔλθοι,  
 'Ἐς λίμνην αὐτὸς σὺν ἐκείναις εὔθυνται βάλωμεν.  
 Οὕτω γὰρ πνίξαντες ἐν ὕδαισι τὰς ἀκολύμβες,  
 Στήσομεν εὐθύμως τὸ μυοκτόνον ἀδε τρόπαιον.  
 'Ως ἄρα φωνήσας, ὅπλοις ἐνέδυσεν ἀπαντας.

- Pereuntem. Omnino autem suffocatus est ludens in palude  
 Natactiones ranarum imitando. Pessimi vero  
 Nunc me accusant, extra culpam qui sum. Sed age consilium  
 150 Quæramus, ut dolosos mures extirpemus.  
 Itaque ego dico, ut mihi videtur esse optimum.  
 Corpora postquam armaverimus, stemus universæ  
 Summas juxta oras, ubi præceps locus.  
 Quando autem impetu facto contra nos egressi fuerint,  
 155 Prehensos galeis, quicunque forte obviam venerit,  
 In paludem eos, cum illis, recta dejiciamus.  
 Ita enim si suffocaverimus in aquis natandi imperitos,  
 Statuemus læto animo occisorum murium hic tropæum.  
 Sic ergo locutus armis induit universas.

Ver. 147. πάντως δ' ἐπνίγη] Sic ed *Lycii* cum duobus MSS. *Or.* idque verum. Ceteri libri delent τὸ δ'.  
 Ver. 152. ἐν ὅπλοις σῶμαν] Sic cum *Barnesio* rescripti e MS. *Lips.* cui et MS. *Oxon.* adstipulatur, quamquam et ἐνοπλοις σῶμαν bene dicitur, et ἐνοπλισθῆμεν, quorum illud ed. *Lycii* et MS. *Or.* hoc edd. vett. habent, F. A. L. 'Ἐν ὅπλοις autem retulerim potius ad κοσμήσαντες, quam σῶμα, ex ver. 12.

Ver. 155. ὅστις σχεδὸν ἀντίον ἔλθοι,] MS. *L.* ὅστις σχεδὸν ἥλθον iφ' ἡμέας. Edd. *Fl.* *L.* ἀντίος.

Ver. 156. αὐτὸς; σὺν ἑκείναις εὔθυνται] Ser-  
 vavi veterem et librorum scripturam,  
 quam habent MSS. *Oxon.* duo et *Lips.*  
 et ed. *Lycii*. Cæteræ edd. ἑγείσι habent.

Nulla autem necessaria de causa *Barnesi* sicut fecit αὐτοῖς σὺν ἑγείσι, etsi eleganter sic dicitur. Nam pluralis hic commode locum habet. Εὐθὺ autem non est statim, ut vertunt vulgo, sed recta: quamquam non præfracte negem, pro statim poni, de quo ad *Callimachum* dixi. Nam hoc loco recta verum sensum exprimit: Wir wollen sie gerades Weges ins Wasser schmeissen. De iwdū et ejus constructione egregie dixere Viri Celeb. *Hemsterhusius* ad *Lucian.* T. I. p. 457. et *Valkenarius* ad *Ammon.* p. 90. 91.

Ver. 157. ἐν ὕδαισι] MS. *L.* ἑκείναις, quod e versu superiori natum est.

Ver. 159. 'Ως ἄρα φωνήσας, etc.] In MSS. *L.* et *Oxon.* versus hic sic est: ὡς εἰ-

- 160 Φύλλοις μὲν μαλαχῶν κυήμας ἔὰς ἀμφεκάλυψαν·  
Θώρηκας δ' εἶχον χλοερῶν πλατέων ἀπὸ τεύτλων·  
Φῦλλα δὲ τῶν κραμβῶν εἰς ἀσπίδας εὗ ἥσκησαν·  
"Εγχος δ' ὁξύσχοινος ἐκάστῳ μακρὸς ἀρήρει·  
Καὶ κόρυθες κοχλιῶν λεπτῶν κράτις ἀμφεκάλυπτον.  
165 Φραξάμενοι δ' ἔισησαν ἐπ' ὄχθαις ὑψηλῆσι,  
Σείουτες λόγχας, θυμῷ δὲ ἐπληντο ἕπασος.  
Ζεὺς δὲ θεὸς καλέστας εἰς ἔργανὸν ἀσερόεντα,  
Καὶ πολέμῳ πληθὺν δεῖξας κρατερός τε μαχητὰς,  
Πολλὰς καὶ μεγάλας, ἷδ' ἔγχεα μακρὰ φέροντας,  
170 Οἷος Κενταύρων σρατὸς ἔρχεται ἡδὲ γιγάντων,  
"Ηδὺ γελῶν ἐρέεινε τίνες βατράχοισιν ἀρωγοὶ  
"Ἡ μυσὶν ἀδανάτων; καὶ Ἀδηναίην προσέειπεν·

- 160 Foliis quidem malvarum crura sua contexuerunt.  
Thoraces autem habuerunt e viridibus et latis betis.  
Folia autem brassicarum in scuta belli aptarunt.  
Hasta autem, acutus juncus unicuique longus, aptata erat,  
Et galeae cochlearum tenuium, capita cooperiebant.  
165 Munitæ autem armis steterunt in ripis altis  
Vibrantes lanceas, iraque plena erat unaquæque.  
Jupiter autem Deos cum vocasset in cœlum stellatum,  
Et belli copias ostendisset, robustosque bellatores,  
Multos et magnos, atque hastas longas ferentes,  
170 Qualis Centaurorum exercitus incedit atque Gigantum,  
Snaviter ridens, interrogavit: quinam ranis auxiliarii erunt  
Aut muribus immortalium? et Minervam allocutus est;

πῶν ἀνέπιστοι καθοπλίζεσθαι ἀπαντας ε. v.

12. Et sic fuit in Cod. Lycii.

Ver. 160. μαλαχῶν κυήμας ἔὰς] Sic MSS. et edd. Barnesius de conjectura correxit μαλάχης σφὰς κυήμας. 'Εὰς monosyllabice efferrendum.

Ver. 161. χλοερῶν πλατέων ἀπὸ τεύτλων] MSS. Lips. οὐδὲν χλοερῶν ἀπὸ στύτλων. Vulgata melior, quam rursus de conjectura mutavit Barnesius in πλατέων; Χ. ἀ. τ. At latos thoraces hic non commode dixisset poëta: nec rurum est apud græcos poëtas, duo epitheta sine copula jungi. Alioqui proclive foret scribere πλατέων τ'. Betæ sunt aptæ loricis, quia latæ sunt.

Ver. 164. κόρυθες etc.] MSS. tres

Oron. et Lips. hunc versum sic exhibent: Καὶ κέρα κοχλιῶν λεπτῶν ἐκάλυπτε κάρηνα, quod non displicet Barnesio, si modo corrigitur κοχλιών, ut versus constet. Sane κέρα κοχλιῶν non sapit ingenium glossatoris. Quod autem Barnesius in vulgato malit κέρας' quam κράτις' nihil est, quamquam prima natura longa est, tamen, ut alia centies, propter sequentem vocalem corripi potest.

Ver. 165. ἐπ' ὄχθαις] MS. I. ὄχθης.

Ver. 166. θυμῷ δὲ ἐπληντο ἕπασος.] Sic rescripsi e MSS. qui ἐπληντο vel ἐπίπληντο, saltem pluralem habent, qui certe elegantior est.

Ver. 172. "Ἡ μυσὶν ἀθανάτων;] MS. I. Ἡ μυσὶ τισσομένησι. male.

- Ω Δύγατερ, μυσὶν ἦρ' ἐπαλεξήσθε πορεύσῃ;  
 Καὶ γάρ σε κατὰ τηὸν ἀεὶ σκιρτῶσιν ἄπαντες,  
**175** Κνίσση τερπόμενοι, καὶ ἐδέσμασιν ἐκ θυσιάων.  
 "Οις ἀρ' ἔφη Κρονίδης, τὸν δὲ προσέειπεν Ἀθήνη·  
 Ω πάτερ, ὃν ἂν πώποτ' ἔγα μυσὶ τειχομένοισιν  
 Ἐλθοίμην ἐπαργάγος, ἐπεὶ κακὰ πολλά μ' ἔοργαν,  
 Στέρματα βλάπτοντες καὶ λύχνας, εἶνεν ἐλαίς.  
**180** Τέτο δέ με λίην ἔδακε φρένας, οἷον ἔρεξαν·  
 Πέπλον με κατέτρωξαν, ὃν ἔξυφῆνα καμψοι,  
 Εκ ροδάνης λεπτῆς, καὶ σήμονα λεπτὸν ἔνησαι,  
 Τρώγλας τ' ἐμποιήσαν· οὐ δ' ἡπητής μοι ἐπέση,  
 Καὶ πράσσει με τόκες· τέττα χάριν ἔξαργισμα.  
**185** Χρησαμένη γὰρ ὑφῆνα, καὶ ὃν ἔχω ἀνταποδέναι.  
 'Αλλ' ὃδ' ᾧς βατράχοισιν ἀρηγέμεν ὃν ἐδελήσω.

- Mea filia, muribus anne opem latura vades?  
 Etenim tuum per templum semper saltant universi,  
**175** Nidore cum delectentur et eduliis ex sacrificiis.  
 Sic quidem dixit Saturnides. Hunc vero allocuta est Minerva;  
 Mi pater, nunquam ego muribus, si affligantur,  
 Venerim auxiliatrix, quia mala multa mihi intulerunt.  
 Coronas violantes, et lychnos, causa olei.  
**180** Hoc autem meum valde momordit cor, quod fecerunt.  
 Peplum meum corroscunt, quod detexui labore multo  
 Ex subtemine molli, et stamen subtile nevi,  
 Foraminaque in eo fecerunt. Textor autem mihi instat,  
 Et exigit a me usuras. Hujus causa irritata sum.  
**185** Mutuata enim texui, et non possum reddere.  
 Sed ne sic quidem ranis opem ferre velim.

Ver. 173. ἥρ' ἐπαλεξήσθε] MSS. *Ox.*  
*L.* ἥρα βοῶθισσα, illud perperam, hoc e glossa. *πορένη,* MS. *L.*

Ver. 175. ἐδέσμασιν ἐκ θυσιάων.] MSS. *O. L.* ἰδ. παντοδαποῖσιν e v. 31.

Ver. 180. οἷον ἔρεξαν] MS. *L.* οἴα μ' ἔοργα e v. 178.

Ver. 181. ὃν ἔξυφῆνα] Productæ syllabæ secundæ in ἔξυφῆνα exemplum aliud ad fert *Barnesius.*

Ver. 182. Εκ ροδάνης] Gloss. *Philar.* subtemen κρόκη, ροδάνη.

Ver. 183. Τρώγλας τ' ἐμποιήσαν] MS. *L.* καὶ τρώγλας ἐτίλεσσαν, alii aliter. Per-  
 param omnes.

Ver. 184. Καὶ πράσσου με τόκες;] MS. *L.*  
 καὶ πολὺ με πράσσου. Sane, quid hic sibi velint τόκοι, quos exigat textor, (ita enim forte optimum, ἡπητὴ intelligere) non video. Si a textore aliquo mutuata est licetia: (quod enim aliud?) ea reddere debet, non usuras solvere. Nec, ut opinor, *Homeri* tempore usitatæ fuere usuræ. Haec difficultas tollitur lectione MS. *Lips.* sed ea mihi tamen non satisfacit. Venit aliquando in mentem pro ἡπητὴ legendum esse χερίσην creditorem. Ita certe bene convenient τόκοι. De formula πράττειν τινά τι, pro exigere, reposcere ab aliquo aliquid, centies dictum a recentioribus philologis.

- Εἰσὶ γὰρ ἔδ’ αὐτοὶ φρένας ἐμπεδοὶ ἀλλά με πρώην  
 ’Ἐκ πολέμου ἀνιζον, ἐπεὶ λίνη ἐκοπάθην,  
 ”Τπνε δευομένην, ἐκ ἑασαν θορυβῶντες  
 190 Οὐδὲ ὄλιγον καταμῆσαι ἐγὼ δὲ ἀύπνος κατεκείμην  
 Τὴν κεφαλὴν ἀλγεῖσα, ἕως ἐβόησεν ἀλέκτωρ.  
 ’Αλλ’ ἄγε παυσάμεσθα θεοὶ τέτοισιν ἀρήγειν,  
 Μή κέ τις ἡμείων τρωδῆ βέλει ὁξύεντι,  
 (Καὶ μή τις λόγχηφι τυπῇ δέμας, ἢ μαχαίρῃ)  
 Εἰσὶ γὰρ ἀγχέμαχοι, εἰ καὶ θεὸς αὐτίου ἐλθοι.  
 195 Πάντες δὲ σφρανόθεν τερπάμεντα δῆριν ὄρῶντες.  
 ’Ως ἄρε ’έφη· τῇ δὲ αὐτῷ ἐπεπείθοντο θεοὶ ἄλλοι  
 Πάντες ὅμῶς δὲ ἀολλέες ἥλυθον εἰς ἓνα χῶρον.  
 Κάδδ’ ἥλυθον κήρυκε τέρας πολέμοιο φέροντες·  
 Καὶ τότε κώνωπες μεγάλας σάλπιγγας ἔχοντες

- Sunt enim neque ipsae animis graves: sed me nuper  
 Ex bello redeuntem, cum valde defatigata essem,  
 Somni indigentem, non siverunt tumultuantes  
 190 Ne parum quidem oculos claudere. Ego vero insomnis decubui,  
 Caput dolens, donec cecinit gallus.  
 Sed age mittamus Dii illis auxiliari,  
 Ne quis vestrum vulneretur telo acut  
 (Et quis lancea percutiatur corpus, aut gladio.)  
 Eunt enim cominus pugnantes, quamvis Deus obviam veniret.  
